Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Groeninga Domini[um]

Keere, Pieter

[Amsterdam], [1632?]

urn:nbn:de:gbv:45:1-308504

Visual Library


3/0 SEPTENTRIO
Norden
Petrus Kærius Cælavit.
FRISIÆ TRANSAMASANÆ PARS.
Emden
Oldersum
Reide
DOLLARD
REIDERLAND
Lyr oert
Wener
Bilingdwolder schans
Pilsum
Rysum
Knocke
Uterdum
Weiwert
Meethusen
Uthuns
Helm
Slochter
Northroesek
Ockinga
Ostwolt
Scheemte
Finserwolde
Ussle
Dundt
Wilgerles
Winschoten
Muntendam
Wolde
Midwolt
Suitlaren
Noordlaren
Haren
Gelham
Eelant
Essen
Middelbert
Egelbert
Hoeren
Gronningen
Roderwolde
Marum
Trimunte
Uppingadt
Nuis
Tolbert
Oostwolt
Leegemeiden
Suitbrem
Sloter fiel
Luckegast
Suurhusen
Oosmar
Harn
Grypskerke
Vlieter
Collum RANSLAVICANÆ PARS.
Olde shore
Nie shore
Feerwert
Noorthorn
Ham
Barwert
Sawert
Onsta
Beem
Ham
Eelens
Wirdum
Dam
Wirgrde
Wittewerum
Opwierde
Schalinga ten Buur
Nordyck
Wolterssum
Aduard
Middelbert
Egelbert
Helm
Slochter
Northroesek
Ockinga
Wolde
Muntendam
Midwolt
Suitlaren
Noordlaren
Haren
Gelham
Eelant
Essen

III 104

TRANS-ISSELANIA DOMINIVM.

TRANS-ISSELANI, *Francorum* veterum sedes incolunt: quod accuratè multis verbis a doctissimo Hadriano Junio demonstratum est. Francorum autem nomen nostrate esse res ipsa clamat: significat n. liberos: nam Germani Inferiores servitij ugiq̃ pertæsi, quum opes paulum crevissent, nomen sibi a Libertate fecerunt, seque *Francos* appellari voluerunt; quos Agathias Græcus scriptor circa Rhenum collocat, his verbis. *Circa Rhenum Franci habitant, huicque adjacentes incolunt terras*, fuêre & Sicambris proximi quod Claudianus & Sidonius Apollinaris expressè docent ut & Gregorius Turonensis.ac Venãtius Fortunatus hęc provincia. Hæc Trans-Issulana nũc vocatur, quod trans Islam ferè situm suum habet. Veterum item *Saliorum* hîc sedes fuit, item *Tencterorum* qui hodie *Drentini* putantur; ac *Tubantum*, quos *Tuentenos* videri, scribit in Batavîâ suâ, Junius. Dividitur ditio hæc hodie in tres partes, quarum, quæ Islæ vicina, *Salandia* dicitur: quæ verò trans Vechtam, *Drenta* quæ Westphaliæ proxima, *Twenta*. Et Drẽta quidem ac Twenta Comitatus titulo in Antistitem Veteris Trajecti translata fuerunt, jam inde ab anno C. 1046. Itemque *Amelandia, Gora, Daventria*, omnisque adeò *Trans-Issulania* ex donatione Impp: mansitque ex inde multis sæculis sub dominio ejusdem, ad annum usque 1528 quando attriti bellis sese Car. v. Cæsari, uti Brabantiæ Duci Hollandiæque Comiti certis conditionibus submiserunt. Ceterũ *Trans-Issulania* a septentrione occidentalem respicit Frisiam; a meridie Zutphaniæ Comitatum; ab oriente Westphaliam; ab occidente fluvium Islam habet. Regio plana est, & fertilis: frumenti, triticique ferax. Urbes complectitur octo mænitas munitasque ad hæc habent sua etiam privilegia atq; immunitates, *Meppela, Geelmuda, Coevordia, Hardenberga, Omma, Almeloa, Gora, Diepenhemium, Delda*, & *Enscheda*. Ordines constant ex duobus membris, quorum prius efficiunt, officiarij & Nobiles; posterius, trium civitatium capitalium Magistratus. *Daventria* ad Islam fluvium, Metropolis, regionis, urbs ampla est, ædificiis publicis privatisque spectabilis & in primis muris turribus propugnaculis munita: olim etiam scholâ ac studiis celebris, unde prodiêre Gerardus cognomento Magnus, cujus scripta a Theologis in pretio habentur; Alexander Hegius, qui primus Græcas in Belgio literas excitavit, & discipulo Erasmo meritò gloriari potest. In hâc quoque urbe nati Jacobus Daventrienſis Geographus excellens, Everardus Bronckhorstius J. C. & Professor Leidensis, Ortuinus Gracius, Joannes Dorrius, Joannes Sinthemius, Lamb. Rodulphus Pythopæus & alij. Est a nunc Ansuariorum, ita vulgò *Anse steden* nuncupant, prima. *Campi* ad sinistram Islæ ripam non procul ab ostiis ejusdem, quarto à Daventriâ mil. Urbs ea quoque ampla, forma oblonga, & ædificiis splendida, Alberti & Stephani, Pighiorum, locus natalis. Patria itidem Joannis Campensis Theol. Harmani Crusérij Med. Theodori Petrei. Olim cum mercatura magis vigeret ob portus profunditatem quàm nunc, celebrior. *Swolla*, Urbs cùm amæna, tum valida, fossâ duplici cincta. Habet ab unâ parte Islam, ab altera Vechtam, utrumque non ita remotũ. Sunt & alia oppida muris & propugnaculis ad cincta sed minora: *Vollenhovia* ad lacum Flevi, *Steenvicum* Aa rivulum, *Hasseletum* ad Vidrum sive Vechtam flu. *Oetmarsia* item & *Oldensalia*, quod postremum vetus Saliorum oppidum est a Balderico Ultrajectino muris cinctum, qui & Canonicorũ Collegium ibidem instituit.

ARTESIA

ALBERS 104
Kortemo276

Landesbibliothek Oldenburg